

## RECENS HABITÆ.

9

Alia forte præstantiora, vel a me, vel ab aliis indies adinueniētur consimilis Organi beneficio, cui<sup>9</sup> formā, & apparatus, necnon illius excogitādi occasionem prius breuiter cōmemorabo, deinde habitārū a me Obseruationū historiā recensebo.

**M**ENSIBVS abhinc decē fere rumor ad aures nostras increpuit, fuisse a quodā Belga Perspicillū elaboratum, cuius beneficio obiecta visibilia, licet ob oculo inspicientis longe distita, vti p̄pinqua distincte cernebantur, ac huius p̄fecto admirabilis effectus nonnullæ experientia circumferebantur, quibus fidem alii p̄bebant, negabant alii. Idem paucos post dies mihi per literas a nobili Gallo *Iacobo Badouere* ex Lutetia confirmatum est, q̄ tandem in caussa fuit, vt ad rationes inquirendas, necnon media excogitanda, per quæ ad consimilis Organi inuentionē deuenirem, me totū conuerterē, q̄ paulo post doctrinæ de *Refractionibus* innixus assequutus sum, ac tubū primo plumbeū mihi parauī, in cuius extremitatibus *vitreæ* duo *Perspicilla* ambo ex altera parte plana, ex altera vero vnum spherice conuexum, alterum vero cauum aptauī, oculum deinde ad cauum admouens obiecta fatis magna, & p̄pinqua intuitus sum, triplo enim, viciniora nonuplo vero maiora apparebant, q̄ dum sola naturali acie spectarentur. Alium postmodum exactiorem mihi elaborauī, q̄ obiecta plūquam sexages maiora representabat. Tandem labori nullo, nullisq; sumtibus parcens, eo a me deuentum est, vt Organum mihi construxerim adeo excellens, vt res per ipsum visæ millies fere maiores appareāt, ac plusq̄ in terdecupla ratione viciniores, quam si naturali tan-